85

Hrizkonis Kerdeowicz recognitio, quod castra Chelmens et Luboviens, à Rege Vladislao ad quatuor annos tenendum accepit

Ego Hryczko Kurzeowicz recognosco et fateor per hac scripta, me à Serenissimo Principe domino Vladislao Dei gratia Rege Poloniæ etc. domino meo gratiosissimo, castra cum terris Chelmens et Lubowlensi cum omnibus oppidis et villis ad ipsa pertinentibus ad quatuor annorum continuè se sequentium decursum recepisse tali conditione. Quod census in Chelm, Hrubeszow, Krasnystaw et Czyrniaczyn, necnon tinnalia et pertinentias postea dari solitas non debeo movere, sed is cui præfatus dominus rex commiserit, illos et illa colliget et levabit, Item quatuor partes melis de districtu Lubowliensi domino Regi dare, et illuc ubi sua Serenitas mandaverit, conducere deberi. Cuiusquè piscinas et prædia reformabo, ac familia obnoxia pecoribusquè et pecudibus eadem replebo ac stationum necessaria solita et consueta sue serenitati ministrabo.

In cujus

In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datt Cracoviae feria quarta post conversionem Sancti Pauli, anno Domini millesimo, quadringentesimo tricesimo tertio.

Ta Kopia przepisana iest z oryginału pargaminowego, u którego wisi pieczęć na zawiasie pargaminowey, d. 11. Maia, roku 1785.